



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 44. Alberici Gentilis & Philippi Nicolai fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Pontificem relata die vigesima septima Sæc. XVII.  
 Augusti anno Domini millesimo sexcen- A. C. 1608.  
 tesimo septimo Breve Apostolicum, quod  
 incipit: *Religiosorum sub suavi* obtinuit,  
 vi cujus declaratum, Religiosos hac in  
 re esse hodie dum exemptos: Magis au-  
 tem sese de republica Literaria bene me-  
 ritum reddidit, dum celeberrimum &  
 classicum opus seu Commentarium in  
 Psalmos Davidis diu sub nomine *Autho-  
 ris incogniti* cognitum vero suo Authori  
 Michaeli Ayguano de Bononia Ordinis  
 Carmelitani Magistro auctoritate & jus-  
 su Clementis VIII. vindicabat, additis  
 quibusdam, quæ in Authographo dicti  
 Authoris reperiabantur: Illustrabat quo-  
 que novam hanc editionem pereleganti  
 Præfatione ad lectorem. Scripsit etiam  
 Basilius orationem *in solemnitate Beati  
 Vincentii*, præter sermones alios, *collatio-  
 nes Sacras, & Sectiones Philosophicas* æque  
*ac Theologicas*. Exstant quoque duo il-  
 lius libelli supplices ad Paulum V. Pon-  
 tificem gravi stylo elaborati.

§. XLIV.

*Alberici Gentilis & Philippi Nicolai  
 fata.*

Ex Lutheri asseclis, quibus mors hoc Voetius Po-  
 lit. Eccl. t. 2.  
 pag. 171.  
 anno calamum excussit, primo loco  
 recensendus venit Albericus Gentilis,  
 Aa 3 qui

Sæc. XVII. qui Anconæ celeberrima ditionis Pontificiæ urbe anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nobili ex genere natus erat. Hic Patrem habuit Matthæum Gentilem celebrem Medicum, qui tamen ob Lutheri sectam, cui nomen dederat, unacum prolibus suis patria excedere, ac Carniolam confugere cogebatur: ejus tamen Filius Albericus in Italiam reversus Perusiæ juris Laurea decoratus, Asculitanus Prætor nominabatur; cum autem sectæ suæ venenum simulatione haud diutius tegere posset, inde Wirtembergam ad Ludovicum Ducem contendit, paulopost in Angliam profectus, ubi Oxoniæ Professor jurisprudentiæ civilis, necnon perpetuus Hispanorum Protestantium in Anglia degentium Causidicus nominatus est, tandem vero die decima nona Junii Londini extremum obiit diem: Exstant varia ipsius opuscula, inter quæ ceteris eminet ejus tractatus, *de vicivium in Regem semper injusta*: commendantur etiam ejus lucubrationes *de legationibus, de advocatione Hispaniæ, de nuptiis, de juris interpretibus, de armis Romanis*, necnon ejus *commentarius ad titulum Codicis de maleficis*: Pariter calammum suum acriter exercuit Philippus Nicolai editis multis opusculis contra Calvinistas & Catholicos: Scripsit etiam Histo-

Historiam Regni Christi, & Theatrum Sæc. XVII.  
 vitæ æternæ: Erat in controversiis ni- A. C. 1608.  
 mium acerbus, & tandem decessit die vi-  
 gesima sexta Octobris Hamburgi ad S.  
 Catharinam.

## §. XLV.

*Caspar Ulrici & Czechovicus  
 mortui.*

Ejusdem fati ac sectæ socius erat Ca- Becman  
 spar Ulrici, qui die vigesima prima Arch. hist.  
 Februarii anno Incarnationis Dominicæ  
 millesimo quingentesimo quinquagesi-  
 mo octavo die vigesima prima Februarii  
 Munnerstadii Herbipolensis Ducatus op-  
 pido exiguæ admodum fortunæ Paren-  
 tibus, Catholicis tamen ortus est, unde  
 non modo sibi sed & Patri Matrique suæ  
 victum ex eleemosynis quærere cogeba-  
 tur, ingenii tamen sui felicitate ac studio-  
 rum profectu tantopere se commendabat,  
 ut primo Gymnasii Servestani Con-Rector  
 postea sub Christiano. I. Castrensis  
 Præco, ac denique Superintendens, ut  
 vocant, nominaretur: obiit Servestæ  
 die decima octava Septembris, vel ut  
 alii volunt, Decembris: Edidit emen-  
 tito nomine *Irenæi Palæi* idiomate Ger-  
 manico *utiles considerationes de vitiis &  
 causis, ob quas a Lutheri & Zwinglii tem-  
 poribus maxime scandalosa dissidia etiam-*